

Xa  
4400



Xa  
4400

SERENUS  
SOL ORIENS  
SERENISSIMI, CELSISSIMI AC ILLU-  
STRISSIMI DOMINI,  
DOMINI  
CHRISTIANI,

DUCIS SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM, AN-  
GRIÆ & WESTPHALIÆ, LANDGRAVII THURINGIÆ, MARGGRAVII MI-  
SNIÆ, NEC NON SUPERIORIS & INFERIORIS LUSATIÆ, COMITIS PRIN-  
CIPALI DIGNITATE HENNEBERGICI, COMITIS MARCE & RA-  
VENSBERGÆ, DOMINI RAVENSTEINII &c. &c.

IPSISSIMO  
SERENI DIE  
XXIII. FEBR. ANNO M DCC XIII.  
QUI FELICISSIMUS ERAT  
TRIGESIMUS NATALIS PRIMUS  
DOMINI SUI CLEMENTISSIMI,  
SUMMO CUM TRIPUDIO SALUTABATUR

M. JOHANNE GEORGIO RAMMOLDO, P. L. C.  
PASTORE SUPERIORIS EICHSTADII.

LEUCOPETRÆ,  
EX OFFICINA JOH. CHRISTOPH. BRUHLII, AUL. TYP.



**S**Alve, SOL ORIENS! faustis adve<sup>c</sup>te  
quadrigis,  
Qui roseo cœli vultu convexa SERENAS,  
Deque novo mulees rigidæ post frigora  
Brumæ  
Auras, communi planctu luctuq; fugato.  
Immites etenim ventos, rabidæque procellas  
Sensimus Æolicas hyemis, dum tempore PRINCEPS  
Haut longo cecidit SAXO, DUXque Inlytus HEROS  
Præproperam nimis ante diem, viduataque Tecta  
LEUCOPETRÆA gravi, magno & mœrore reliquit.  
Tunc tristem Patriæ faciem spectâsse cuiquam  
Silicium, grandes nimbos imbresque vidisset!  
Igniferum veluticum Sol rapidissimus orbem  
Abdidit, adversoque impertit lumina mundo.  
Squallida confestim tenebris coelumque solumque  
Et mare velivolum nox implicat, omnia tristis  
Torpor habet, tacitoque metu passim omnia lugent,  
Luget ager, lugent urbes, sylvaeque virentes  
Nec liquido volucres exercent aera cantu,  
Et pecudum genus omne tacet, genus omne ferarum,  
Tristiaque omnis agit sine luce silentia tellus.  
Non secus ac nobis, tam CHARO PATRE revulso,  
Tunc in funestam subito versa omnia noctem:  
Stant circum Aoniæ matrem, & nil dulce sonantes  
Nec digitis nec voce Deæ, Dux ipse profundum  
Acclinat cytharae caput, imo & pectore Phœbus  
Ingemit: Ismarium qualis post Orpheus raptum  
Adstitit, Hebre, tibi lacrymis jam flumina cernens  
Concrevisse suis, obscuraque carbasa tristeis  
Najadas & Dryadas, passosque habuisse capillos.  
Ast, o SOL ORIENS, CHARISSIME FRATRIS OCELLA,  
Et IANI ADOLPHI MAGNUM PATRIS INCREMENTUM,  
DUX CHRISTIANE, omnes iterumque iterumque  
propulsas  
Tristitiae nubes, ceu syrmate noctis adempto,  
Roscida puniceum spargens Aurora ruborem Du-

Dicit ubique diem; deducis & aurea cœlo  
Tempora, sic tandem rutilat POST NUBILA PHOEBUS!  
Nec mirum eniteant radii, quos sparserat olim  
**AUGUSTUS** divi semper-memorabilis ævi,  
Quem virtus Augusta probat Probitasque Parentum  
Et Genus Illustre, & Venerabile sanguen Avorum.  
De Patre MAGNANIMO quid dicam? dicere cuncta  
Non mihi sufficeret seclum, namque altior ipso  
Sole Ejus splendor terram diffusus in omneum.  
Hinc Cellus Patria, PRINCEPS, Virtute relices,  
Qui lucem accedit proprio feliciter igne,  
Inque Sui similem totum Te vertere flamمام,  
Flamigerumq; ALBÆ rutulante reddere SOLEM  
PETRÆ curavit, nec spes nec cura fefellit.  
Namque Tuum prodit fausto id satis OMINE NOMEN,  
Perfectumqne Instar MAGNI GENITORIS, & inde  
Germani è Fratribus redivivus funere Phœnix,  
Te non immeritò SOLEM LUCEMQUE vocari  
Deliciumque Tui Generis, quia lumine Solis  
Lumen habes, cunctas radios qui misit in oras.  
Salve igitur nobis ter bis, SOL AUREE, salve!  
Ingridere & Regimen cape nunc Soliumque Paternum  
Ascende, hinc procul hinc fugiunt Phaëtonica regna,  
Icariique Aulus, Tua nam spectata Quirinis  
Cautaque agendarum rerum PRUDENTIA pellit.  
Unde GENETHLIACO PIETAS parat omnia Festo,  
Et TIBI templa struit, constructa ornatque Trophæis.  
Heic pro Te supplex inter reboantia sanctas  
Tympana & Æra PRECES, lituis permixta tubarum  
Altifona atque inter tormenta tonantia, fundit  
Divinamque implorat opem, auxiliumque precando  
Hymnosque Psalmosque canit cum laude PERENNIS  
Carmiibusque vehit BENEFACTA INGENTIA JOVÆ.  
Exemplo invitat alios monitisque probatis  
Ad pia quod veniant, veniant celeberrima Festa.  
It clamor cœlo! Vicini Diique Deæque,  
Quorum Rutigeros pars maxima præstat Honores,

Exc-

FKKA 4400

Exciti strepitu, priscum FELICITER! uno  
Acclamant simul ore TIBI, DUX INCLUTE, læto.  
Dumque & inextinctis fumant TIBI thuribus aræ,  
Myriadum quas hinc illustrant undique stellæ  
Ceu Regale Dei; nostri quoque muneris esse  
Duximus elogiis FVLGENTIA LVMINA. sed quid?  
Infuscare? absit! quis enim sibi Mœvius illud  
Arroget æternas & TANTO PRINCIPE dignas  
Stridenti misere stipula disperdere laudes?  
Hoc te grandi loquum, Maro, te quoque Naso requirit  
Doctum, qui quondam celebrem super astra tulisti  
Augusti famam, Mecœnatumque Patrumque.  
Sed tamen ut desint, SOL OPTATISSIME, vires,  
Devotis plenum votis ne despice peccatus,  
Quasq; SERENATO hoc Tibi LUMINE triga sororum  
Accedit faces, & quæ candardia fila  
Stamine deducit pleno, aspice FRONTE SERENA.  
Ecce, Tuis annis annos adjungere gaudent  
Longævos, clamant: Vivas per Nestoris annos  
Hiacos, Pyliosque simul, semperque recenti  
Te facie fistas nobis virilique juventa  
Splendescas. pelago Titan velut exit ab alto  
Mane, vel Eoa reparabilis Ales arista  
Se revocat, cunasque suas patriumque sepulchrum  
Pulchrior ante fores Hyperionis æde reponit  
Et sic perpetuo vireat TUA RUTA vigore,  
Neve venenato violetur morsibus unquam,  
CASTA que florescat nullo non tempore COSTA,  
Quæ Tua Lux CHRISTINA cluet LOUYSA coru-  
scans,  
Atq; futurus item vivat CHARISSIMUS HÆRES,  
Et se te Patriis olim Virtutibus æquet!  
Denique Tota DOMUS toto SPECTABILIS Orbi  
SAXONICA assurgat nostri mage GLORIA SECLI  
Heroas alios supra Celsosque Dynastas.  
Sæpius aspicias radiantis Orionis ortum,  
Et veniat demum serus TIBI Vesper olympo!

\* \* \*

D  
o.  
irit  
S,  
rum  
I  
T  
G  
S  
ge  
Ad  
m  
C  
L  
J  
A,  
oru-  
ES,

✓





S. 16, 16

Xa  
4400

Viae SOL ORIENS! pulchris paginae

dignissime

Quibusq; locis illius autem collegae serenes

videlicet fortunatis

litterisq; suis

# SERENUS SOL ORIENS

SERENISSIMI, CELSISSIMI AC ILLU-  
STRISSEMI DOMINI,

DOMINI

CHRISTIANI,

JULIAE, CLIVIAE AC MONTIUM, AN-  
LANDGRAVII THURINGIAE, MARGGRAVII MI-  
HORIS & INFERIORIS LUSATIAE, COMITIS PRIN-  
HENNEBERGICI, COMITIS MARCÆ & RA-  
DOMINI RAVENSTEINII &c. &c.

PSISSIONE  
RENI DIE  
SR. ANNO M DCC XIII.  
FELICISSIMUS ERAT  
IUS NATALIS PRIMUS  
UI CLEMENTISSIMI,  
cum TRIPUDIO SALUTABATUR

A

GEORGIO RAMMOLDO, P. L. C.  
ORE SUPERIORIS EICHSTADII.

LEUCOPETRAE,  
JOH. CHRISTOPH. BRUHLII, AUL. TYP.

